Peters wbp, Post-promulgation textual modifications to codified canon law

See https.//www.canonlaw.info/canonlawcomp.htm

• Francis (reg. 2013-), m.p. *Ab initio* (21 nov 2020), AAS 112 (2020) 1152-1153. ▪ Italian, Eng. on-line here. Summary: Restricting authority of eparchs to establish new monasteries and congregations without written permission of the Apostolic See. Cites: CCEO 0435, 0506.

CCEO 0435. § 1. Episcopi eparchialis est erigere monasterium sui iuris *consulto* intra fines territorii Ecclesiae patriarchalis Patriarcha[e] aut in ceteris casibus Sedis Apostolicae. § 2. Patriarchae reservatur erectio monasterii stauropegiaci.	Ab initio 0435. § 1. Episcopi eparchialis est erigere monasterium sui iuris **praevia licentia scripto data** intra fines territorii Ecclesiae patriarchalis Patriarchae aut in ceteris casibus Sedis Apostolicae. § 2. Patriarchae reservatur erectio monasterii stauropegiaci.
CCEO 0506. § 1. Episcopus eparchialis erigere potest tantum congregationes; sed eas ne erigat nisi *consulta Sede Apostolica* et insuper intra fines territorii Ecclesiae patriarchalis nisi consulto Patriarcha. § 2. Patriarcha erigere potest ordines et congregationes de consensu Synodi permanentis atque Sede Apostolica consulta. § 3. Intra fines territorii Ecclesiae patriarchalis congregatio iuris eparchialis, quae in plures eparchias eiusdem territorii diffusa est, fieri potest iuris patriarchalis decreto Patriarchae consultis eis, quorum interest, et de consensu synodi permanentis.	Ab initio 0506. § 1. Episcopus eparchialis erigere potest tantum congregationes; sed eas ne erigat nisi **praevia licentia scripto data Sedis Apostolicae** et insuper intra fines territorii Ecclesiae patriarchalis nisi consulto Patriarcha. § 2. Patriarcha erigere potest ordines et congregationes de consensu Synodi permanentis atque Sede Apostolica consulta. § 3. Intra fines territorii Ecclesiae patriarchalis congregatio iuris eparchialis, quae in plures eparchias eiusdem territorii diffusa est, fieri potest iuris patriarchalis decreto Patriarchae consultis eis, quorum interest, et de consensu synodi permanentis.

(rev. 18 dec 2024)